[4.] residuam vero quantitatem facias custodiri et conservari a ~~portonis (?)~~ patronis et ab ordinato per te, quousque, prima quantitate salis per te vendita, predicta residua quantitas tibi ad vendendum fuerit oportuna.

[5.] in salinis autem nostris salem fieri et confici facias in maiori quantitate, qua fieri et confici poterit, de quo, vendita quantitate, que vendi poterit, reliquam quantitatem ~~[illegible]~~ cum diligencia[b,20] conservari et custodiri facias, ut processu temporis et successive[a,21] de sale ipso per preventionem ipsius continuato tempore utilitas nostre curie procuretur | nec ob defectu salis de proventibus et iuribus officii salis dampnum et incomodum curia nostra incurrat.

[6.] verum tamen ordines, quod fiat[a,22] tot palearia circa salinas, que sufficiant ad reponendum et conservandum in eis tantum sal, quod est vel fiet[b,23] tam in salinis privatorum quam nostris.

[7.] palearia autem ipsa fiant cum portis amplis et cum clavibus, ita quod, postquam sal ibi repositum fuerit, possit bene claudi et firmari, ne aliquid possint subtrahere vel furari de sale ipso. ~~qui~~

[8.] quibus peleariis factis, facias fieri in salinis nostris et privatorum in maiori, qua fieri poterit, quantitate sal reponi et conservari ibidem.

[9] et si forte remanserit[c,24] ~~quantitas~~ aliqua quantitas salis, que in paleariis ipsis reponi non posit, custodiatur bene per patronos[d,25] salinarum cum aliquo viro fideli et ydoneo ipsis per te adhibendo. et significes nobis totam quantitatem salis illius,

20, a) 6o

21, a) in Reg. mal: cum

4 / 22: a) Reg. fiat b) Reg. fieit 23/5 6 / 24: c) hierauf folgt im Reg.: quantitas; wohl nur ein verschriebenes quantitas. 25/7 d) Reg. patonos paronos